



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

190. An incorrigibilis possit eiici à Religione à solo Generali, vel
Provincialis ? Ex p. 11. tract. 2. & Misc. 2. res. 13.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

losum semel tantum commissum, nisi dicas tunc prae-
sumi illum similia, aut grauiora etiam commissurum :
atque ita eo etiam casu reperiiri aliquam incorrigibili-
tatem ex iuri præsumptione. Ita Azorius 1. part. lib.
12. cap. 16. quæst. 3. Sanchez lib. 6. in Decalog. c. 9. n. 5.
Suarez tract. 8. de Relig. lib. 3. cap. 4. num. 11. & seqq.

Ferdinandus a Castro Palao tract. 16. disp. 4. punct. 19.
num. 7. Rodriguez tom. 1. q. 99. Regular. quæst. 30. art. 15.
Peyrinus in subdito Relig. q. 1. c. 25. conclus. 3. Miran-
da tom. 1. Manual. Prelat. quæst. 52. art. 2. conclus. 2.
Primo, qui cum hec pena instituta sit in bonum
commune, eiusmodi aliquando potest esse deli-
ctum admisum, ut fama Religionis alteri prouideri
nequeat, & scandalum atque offensioni externorum fa-
tisneri quam rei electione. Secundo, ea sunt aliquan-
do delicta, quæ secum trahunt non modò infamiam,
vbi innotescunt, & sensim alios inficiunt; sed etiam
præbent iustam suspicionem iterationis, ita ut vix cre-
dere possit Religio se esse extra periculum, aut ut mi-
nisterio Religionis quem nouit etiam semel tantum in
illud peccatum lapsum fuisse, maximè si illius varia &
frequentes occasiones in tali vita gene sepius oce-
currant. Tertiò, nonnunquam Regulæ ipsæ Re-
ligionum definiunt certa peccata, quibus electionem
inflictunt: quo casu Superior sequi debet iu-
dicium, inquit, & imperium Regulæ, neque tantum in
foro externo, sed etiam in foro interno, cum & sa-
pienter statuerit Regula, & Pontifex, qui illam confir-
mavit, ita iudicari, volueritque expulsionem ille con-
dignam penam talis delicti, atque ita 2. p. Constitu-
tio. Societas Iesu cap. 1. enarratur causa dimittendi
de Societate, quæcum aliud ad Professos etiam
pertinet, & 9. part. Constitutionum c. 4. ponuntur illæ,
propter quas Generalis non modò exauthorari, sed
etiam elici è Societate, si necesse foret, possit. Quartò,
indultere Pontifices pluribus Ordinibus, ut pro graui-
fissimis criminibus etiam semel tantum perpetratis, &
vbi indicarent expedire Religionis expellerent. Ita Leo X. concessis Minoritis, & alijs alij, vii referunt
Rodriguez, Peyrinus locis citatis, & in Compendio
Piuilegiorum habent. Gregorius etiam XIII. nostra
Societas in Bulla, qua incipit, Cum alias. Quintò,
denique plurima peccata exilio, morte, excommuni-
catione & depositione puniuntur etiam tantum
semel admissa, vbi in toto iure Canonico, & ciuili
pacti, quidni & similia poterunt plecti electione,
quamvis nulla aut correccio, aut monitio præcesserit?

2. Obicit Tambrinus tom. 3. de iure Abbat. dis-
p. 8. quæst. 7. num. 7. & Bonacina quæst. 2. de Clausura
punct. 12. §. 1. num. 8. Decretum Sacra Congrega-
tions Regular. probante Vrbano VIII. quod pro-
hibet quemcum, nisi propter incorrigibilitatem à
Religione expelli, neque incorrigibilem conferi vult,
nisi viuis anni spatio in ieiunio, & penitentia pro-
betur in carcerebus. Derogat autem omnibus Piuile-
giis, & priuatis Constitutionibus. Sublatius inquit in
ha part. statutis, & Constitutionibus cuiuscumque
Religionis & Ordinis à Sede Apostolica approbatis,
& confirmatis. Non licet igitur, nisi impenitentem,
& obduratum, atque formaliter incorrigibilem ex-
pelle. Respondeo in primis hæc Decreta Congrega-
tions non habere vim villam nisi eodem modo pro-
mulgentur, quo ipsæ Constitutiones Pontificiæ: quod
ipsius in nostra Scientia Canonica ostendimus. Se-
cundò, illud Decretum non derogare piuilegiis à
Pontifice factis, quandoquidem illorum non memi-
nit, & quamvis meminit, cum pleraque, & ferè omnia
indigneantur derogatoriis derogatoriis, & nullam
eiufmodi clausulari apponat illud Decretum, sa-
ne illis non derogat. Tertiò explicat tantum, ea quæ
ad incorrigibilitatem ex iure communi pertinentur.
Nam ait præter ea, quæ iure communi postulantur

se addere annuum carcerem. Quare non agit de iis,
quæ ex iure naturali, aut priuato constituantur. Quar-
tò denique, cum de illo decreto vix authenticè con-
stet, & vñus ip[s]i non consentiat, non officit iis, quæ nu-
per sunt ex variis Pontificum indultis stabilita. Huc
vsque Gibalinus.

3. Sed pace docti viti hanc sententiam protus rei-
ciendam esse puto; est enim contra stylum Curie Ro-
manæ, & contra præxim omnium Religionum, in
quibus Superioris in expellendis subditis, tanquam
incorrigibiles, non vtuntur amplius priuilegiis, sed ad
vnguem obseruant Decretum Urbani VIII. apposi-
tum in Bullario tom. 4. & editum, die 25. Septembris
1624. cum clausulis annullatiis tam claris, ut miror
quomodo Pater Gibalinus potuerit supradictam sen-
tentiam docere. Et id contra illum opponam hic ac-
curatissimum, & amicissimum Patrem Pellizarium
in Man. Regul. tom. 2. tract. 8. c. 8. f. 2. num. 42. vbi
sic ait: Si loquamus de electione Religiosorum So-
cietais facienda ob incorrigibilitatem; tunc vtique
ea facienda esset iuxta tenorem præfati Decreti: quippe
quod in amplissima forma derogavit omnibus pri-
uilegiis in contrarium concessis, & consequenter
etiam indultis has de re factis in favorem Societatis,
sive in tali casu etiam in Societate Iesu locum ha-
bet decretum illud Sacra Congregatio, sive cen-
suerunt viri docti Societatis a me consulti. Ita ille,
qui adde Magistrum Lezanum in Summa tom. 1. c. 23.
num. 4.

4. Nota tamen, quod non obstante supradicto
Decreto Urbani VIII. Generales Societatis Iesu ho-
die possunt expellere suos subditos ex alijs titulis,
quam incorrigibilitatis, nam decretum loquitur
tantum de electione propter incorrigibilitatem, &
quoad hoc tantum collit regularium priuilegia. non au-
tem si extarent priuilegia quibus ex alio titulo aliqua
Religio possit subditos expellere, ut habet Religio
Societatis Iesu propter eminentem sanctitatem, la-
pientiam, & prudentiam in Ecclesia Dei celeberri-
ma, & idèo à summis Pontificibus variis priuilegiis
decorata. Quæ omnia confirmantur ex vñu, & praxi:
nam Generales Societatis post dictum decretum ex-
pellunt suos subditos vigore priuilegiorum ex alijs
titulis, quam incorrigibilitatis. Vide Pellizarium vbi
suprà num. 41. qui tamen poterat prætermittere ea,
quæ dixit num. 3. Vnde ex his patet responsio ad argu-
mentum Gibalini, contra quæ adsum verba clarissima
ipsius Bullæ, idèo non est prorsus audiendos.

RESOL. CXC.

*An incorrigibilis possit iusti Religione à solo Generali,
vel Provinciali? Ex part. 11. tract. 2. & Misc. 2.
Ref. 13.*

9.1. **A**ffirmatiu[m] respondet Bruno de primileg. Re-
gular. part. 1. tract. 4. cap. 6. propos. 9.
vbi sic ait: Postulabis, primò num solus Genera-
lis, aut solus Provincialis, absque aliorum consil-
lio possit Regulari eisere? Respondetur, quod id
stando in iure communi, & concessionibus Apostoli-
cis, id possunt etiam validè: nulla enim clausula adhi-
betur, quæ factum irriteret, nec quæ ius commune ab-
roget. Si autem licet id iudicandum ex tenore ea-
rumdem concessionum, in quo non video verbum
quod in conscientia obliget, quo circa Nauar. in Com-
ment. 3. de Regular. num. 52. quem sequitur Marcelli-
nus à Sancto Benedicto citato verb. Condemnare, §. 2.
in Scholio, ait quod Generalis id procul dubio potest,
aut etiam Capitulum Generale, adde etiam quod id
possit

possit Prouincialis, aut Capitulum Prouinciale, cum ius hanc facultatem tribuat ioli Generali; & Prouinciali in sua Prouincia Generalis habet potestatem, ut alibi docuimus, & ratio militet pro ambobus, maximè cum hac facultas eidem Prouinciali ex iure naturali competit; quia est sua Religionis caput in Prouincia quam regit, sicut Generalis in vniuersa Religione. Et huc ad caput spectat ea, quæ in corpore superflua, & nocua sunt, præcindere, sic ad caput politicum ea, quæ in corpore politico talia sunt. Excipe tamen illum Generalem, & Prouinciale quibus per Constitutiones Regulares, hæc electione facienda veratur, cum clausula nullitatis, ut in Ordine Minorum de Obligatione, in quo prohibitum est Generali, & Prouinciali villam peccatum grauem infligere, siue confessu majoris partis Diffinitorij, sub pena nullitatis, & priuationis actionum legitimorum in illo qui sine haec forma castigat, quæ nullitatis non fortitur eft. Etiam, nisi post sententiam iudicis, sicut etiam, & peccatum, ut ex eisdemmet patet. Ratio nostra sententiae est, quia illa circunstancia non est in Constitutionibus Apostolicis apposita ad electionem illam valide faciendam, sed tantum ad illam consultius exequendam, ut alibi diximus de facultate ad absoluendum à manus violentæ injectione: vel ad summum apposita est ad eamdem licet faciendam. Verum licet haec sententia quoad Prouinciale mihi videatur satis probabilis, non tamen confulerem electionem per illum faciendam, nisi adhibito Capituli Prouincialis confessu. Scio equidem decretum Congregationis Concilij Tridentini iussu Vrbani VII. editum, ut refertur à Barbola in tr. de Constitutionibus, & decretis, decernere, solum Generalem id posse in Capitulo, aut Congregationibus generalibus, & extra id tempus cum virginibus necessitas de consilio sex Patrum. Sed cum sit tantum Congregationis Cardin. decretum, vim legis non habet, quæ destruit priuilegium, ut vius contrarius demonstrat. Hucusque Bruno.

2. Sed contrarium propositus afferendum esse puto, stante dicto Decreto, vt docent communiter Doctores, nec verum est quod afferit Brunus, vium esse pro le, nam contra illum stat. Et ideo in graviam superiorum Regularium non deseram hic apponere declarationem Sacrae Congregationis Concilij, in qua circa prefatuum Decretum multæ resolutiones hab. nrur; quam declarationem, ego testor vidisse authenticam, sic itaque haber.

3. In una Regularium Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis captiuorum.

Procurator generalis Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis capiutorum, mediante intercessione Eminentissimi Cardinalis de Lugo Prosectoris, supplicat pro sua (vt inquit,) & aliorum superiorum Regularium infra dictione, per hanc Sacram Congregationem responderi ad infra dicta quæsta super decreto de Apostatis, & eiusdem iussu summum Pontificis ex sententia eiusdem Sacrae Congregationis edito Anno 1624. & impresso in Bullario novo tom. 4. pag. 267. verf. ad hoc.

4. Primo, An Regularis constitutus in carceribus spatio viii anni in ieiunio, & penitentia, ad finem vt tanquam incorrigibilis à Religione eliciatur, si è carceribus fugiat (dicto carcerationis anno nondum expolto,) & deinde sit captus, possit tunc ut incorrigibilis elici: An vero quid aliud faciendum sit?

5. Secundo, An Regularis pluribus interpolatis vicibus pro reiteratis delictis in diversis temporibus commisus in carceribus detentus, possit uno carcerationis anno (vt supra interpolate) expleto tanquam incorrigibilis à Religione elici, si post dictum Annum carcerata ionis interpolatum animo indurato in sua

pertinacia perseuerans iterum delinquat?

6. Tertio, An generalis ordinis possit delegare facultatem enciendi à Religione Prouincialibus pro eorum Prouinciis, seu Commissariis, vel Vicariis Generalibus, & an delegatio sit à Generali facta in qualibet casu, An vero indefinite in omnibus casibus?

7. Quartò, an sex Patres, de quorum consilio, & assensu electione fieri debet, sint eligendi de tota Religione, An potius si ficiat ex qualibet Prouincia, seu Regno?

8. Quintò, quod si à Religione huiusmodi sex patres non tuerint electi in Capitulo, seu Congregatione generali, quid faciendum sit vtque ad primum Capitulum generale?

9. Sexto, an sufficiat, ut Praetorius Conveniens, seu Prouincialis conficiat Procesum stylo Religiosis levato, & illius summarium transmittat Generali Ordini, seu illius Delegato, qui adhibitis sex Patribus electis, quilibet illorum videat eundem Procesum, transmitat votum suum per litteras eidem Generali, seu Delegato?

10. Septimò, An Generalis, seu Delegatus possit ferre sententiam electionis à Religione, quando à tribus ex sex Patribus electis, seu ab illorum maiori parte dicta sententia approbatur. An potius sit necessarium, ut omnes sex dent votum, ita ut ex dicto vovi, etiam viuis, non possit sententia valide ferti?

11. Die 21. Iunij 1653. Sacra Congregatio Emendissimum Cardinalium Concilij Tridentini interpretatum omnibus mature persensis, Ad Primum respondit, Regularis delinquentes, vt incorrigibilis citi non posse à Religione, Anno Carcerationis madum expleto.

12. Ad secundum, respondit. Non sufficere annem carcerationis interpolare expletum, sed requiri spatium viiius annum continuum, & integrum.

13. Ad tertium respondit, Generali Ordinison posse delegare facultatem enciendi è Religione Prouincialibus per eorum Prouincias, seu Commissariis, vel Vicariis generalibus.

14. Ad quartum inhærendo declarationi alias facta die 9. Augusti 1625. à S.M. Vrbano VIII. approbarat, Respondit sex Patres eligi posse in vacuaque Prouincia, seu Regno.

15. Ad quintum Respondit, recurrentem ad Sacram Congregationem in singulis casibus.

16. Ad sextum, procelius esse conficiendos in stylum, & Constitutiones Religionis, & illorum transumptum authenticum esse transmittendum ad singulos sex Patres electos, qui per litteras possunt votum dare.

17. Ad septimum, Sententiam electionis à Religione fieri debete saltem de voto maioris partis sex Patrum electorum. Petrus Aloisius Cardinalis Castellus Praetorius. Loco & sigilli, Franciscus Paulutius S.C.C. Secretarius.

18. Ego P. F. Ferdinandus de Galara Notarius publicus, & Apostolicus, in Archivio huius Romanæ Curie descriptus, ac Secretarius Reuocandi Admodum Patris Nostri Magistri Fratris Michaëlis de Alcantara Vicarii Generalis Italiae, & procuratoris Generalis totius Ordinis Beatæ Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, Sanctæ Inquisitionis qualificatoris, & Sacrae Congregationis Indicis Confiteoris, eiusdem in suo fidem facio, huiusmodi copiam propriam manu ex originali, quod quidem in Archivio nostra Sacrae Religionis in hoc Conuento Sancti Adriani remaneret, accuratè transumptam, posteaque diligenter collationatam, cum illa fideliter concordaret. In causa testimonium praesentes litteras nomine meo subscripsi, meoque signo communivi, Roma in hoc p[ro]p[ter]e

dico Conventu Sancti Adriani die 8. Augusti anni millefimi sexcentesimi quinqueagesimi tertij. In testimonium locus † sigilli veritatis. De mandato R. A. P. N. Vic. tri. & Procuratoris generalis Frater Ferdinandus de Galarca P. & Secret. Not. publicus & Apofol.

19. Frater Michael de Alcanta Vicarius Generalis Italiae, & Procurator generalis totius Ordinis B. M. de Mercede. Redemptionis captiuorum, S. Inquisitionis Qualificator, & Sacra Congregationis Indicis Confessor, tenore presentium fidem facimus, & attestamur, Eminentissimum, & Reverendissimum Cardinalem de Lugo nostri Sacri Ordinis Prosectorum transumptum infra scripti decreti nobis propria manu dedisse, quod & ab Illustrissimo Domino Francisco Paulutio Sacrae Congregationis Concilio Secretario sibi remissum, & tandem, Sacri Congreg. nobis traditum praecepit affirmavit pro pleniori videlicet intelligentia declaracionis ad quartum dubium ab ipsa ad nostram instam nupse factum. Tenuorem Decreti talis est.

20. Dei 9. Augusti 1653. S. Congr. Concilij, S. D. N. aprobante, declarauit lex Patres in singulis Capitulo, vel Congregationibus generalibus eligendos, de quorum consilio, & assensu Generalis potest Regularis incorrigibilis a Religione eiocere, in unaquaque provincia eligi possit, eodemque sic electos, si Generalis tam longe abs erit, ut vna conuenire non possit, debere ad eundem transmittere summarium processus, vna cum eorum voto, & iuxta illud Generalis possit ad sententiam expulsionis procedere, interea tamen usque ad primum generale Capitulum, vel congregationem proxime celebrandam, Sanctitas sua annuit, ut electio seruata in reliquis forma decreti hac de re edita fieri possit a Generali itidem cum consilio, & assensu sex Patrum, quos idemmet Generalis in qualibet Provincia infra quatuor menses eleget. Dat. Romae in hoc nostro Conventu Sancti Adriani die vigesima prima Augusti 1653. Frater Michael in Alcantara qui supra manu proscripta, &c.

21. Vidisti igitur, Amice Lector, ex supradicta declaratione Sacrae Congregationis Concilij, non esse admittendam opinionem Patris Bruni, sicut etiam stante dicto Decreto non admitto id quod ipse vbi supra assertit, vbi sic ait. Veruntamen si terto constaret de aliquo, sic peruersè disposito, ut quacunque penitentia imposta, etiam executioni mandata, non propter ea emendanda: vel constaret de illius ineptitudine ad agendum penitentiam, & ad carceris pœnam sustinendum, & aliunde perseverantia ipsius in delictis Ordini in quo professionem emisit, non medioeriter noceret, posset Prelatus ab illo monitione praedicta illum ejicare; ac propter ea non obseruare ea, quæ in duobus praedictis decretis ante electionem obseruanda mandantur, inter quæ unum est, quod incorrigibilis per annum in carcere in ieiunio, & penitentia prius manerit. Ratio est, quia nec Ecclesia, nec Pontifex, illud, quod nihil prodest minime præcipiunt; illa autem incarceration, & alia penitentia huiusmodi di Regularis, de quo est sermo, in hoc casu nihil penitus prodest dignoscitur: imò aliquando est illi inobseruabilis, quam propterea Prelatis Regularibus, subito ante electionem imponere, non præcipitur. Confirmatur à simili, nam sicut Provincia Minorum non tenetur examinare venientem ad illum Ordinem de Fide Catholica, &c. si sciat certo Catholicum, licet ex iure Canonico in secundo capite Regulae corundem, illi sub mortali huiusmodi examen præcipiatur, quoniam in illo casu illud examen esset supervacaneum) sic etiam de ante-

Tom. VII.

dicta forma in hoc casu seruanda iudicandum est, & a fortiori, cum de obligatione illam obseruandi sub mortali, vel sub pena nullitatis, minime constet. Ita Brunus, sed non ego, hanc supradicto Decreto.

R E S O. L. • C X C I .

An electis à Societate Iesu, si sint constituti in Sacris, debetur aliquid pro patrimonio? Ex p. 10. tract. 11. & Mis. 1. Ref. 68.

§. 1. Ad hunc casum sic responderet Marchinus de Sacra Ordinis tr. 2 p. 4. c. 5. n. 5. si contingat, è Societate aliquos eius in Sacris iam constitutos, & parentes Beneficio, vel Patrimonio, tunc Praelati eiusdem Societatis de honesto viatu illis prouidere debent donec sufficiens Beneficium fuerint consecuti. Sic declarauit Sacra Congregatio, sess. 21. c. 2. de Reformat. cuius haec sunt verba. Quoad Iesuitas, cum post Sacerdotium exire non possit, nisi à Superioribus deinceps, prouideatur illis de redditu quadraginta aureorum annitorum ex bonis Religionis. Quoad alios, qui arbitrio suo exire quando volunt, possunt, ne detur illis occasio excundi, ut fruantur illo redditu, vocentur prius, & intelligent, qua alia via profici possit, deinde mature deliberandum. Hanc etiam declarationem affert, & sequitur Angelus Bosis in Moralib. tom. 2. iii. 3. §. 9. num. 24. Leandrus de Sacra, tom. 2. tract. 6. d. p. 9. q. 2. & nouissime Martinus de San Ioseph in mon. Conf. 6. lib. 1. tract. 8. de ordine, num. 3. vbi sic ait; [Los Religiosos de la Compañía de Iesús después que hacen los votos simples, quedan ser ordenados de Orden Sacro, antes de la Profesión solemne por concessión de Gregorio XIII. pero si después de ordenados de Orden Sacro los expelle su Religion, y no tienen Beneficio, ni Patrimonio, estan obligados los Prelados de la Compañía a darles sustento honesto, y de que lo declaró assi la Sacra Congregación, y de la forma que ha de guardar en esto; dañee Marchino, que pone las palabras de la Sacra Congregación, Ita ille.

2. Sed ego interrogatus de hoc casu à quodam Episcopo; respondi, esse videndum an reuera dicta Declaratio Congregationis sit authentica, & exter; & quid afferat Superioris dicta Societatis: nam in fauorem Societatis adsum valida argumenta, quæ affer Stephanus Fagundez in Præp. Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 6. num. 5. omnino videndum: qui probat Religiones non teneri præstare alimenta dimissis, præterim si sint Sacerdotes, & habeant Ordines. Primo, quia inueterata confreudo est omnium Religionum huiusmodi expulsi nihil alimenti dare; nam alimenta haec viam munirent ad defctionem, inde enim multi anfam arriperent ad Religionem deferendam, si eis huiusmodi alimenta suppeditanda forent; & sic omnes redditus Religionum cum huiusmodi dimissis infumerentur, contra exprefsam, vel tacitam voluntatem eorum, qui Religiones, ac Monasteria dotarunt. Secundo, quia ij in punitiōnem suorum defecuum dimittuntur; Index autem non solet alere eos, quos punit. Tertio, quia ita fuit iudicatum in Parlamento Tolosano in causa, qua quidam Ioannes Gentilius è Societate fuit dimissus: is enim petens postea alimenta coram Iudice, exclusus fuit Iudicis sententia ab iniqua postulatione; ut referunt in Decretis septimæ Congregationis Generalis, cap. 1. s. extat num. 7.

3. Quæ omnia confirmantur exemplo Sancti Ignatii, Fundatoris dictæ Religionis, ex his quæ de ipso afferit eruditus Pater Daniel Bartolus, in vita

L S. Ignatii;